1312 ij 29. Julij. 4 Kal. Aug. Ex Ms Arch. Cap. Plocens.



Litera Thomæ provincialis terræ Culmensis testimonialis, quòd lacus circa Orzechowo ad ecclesiam Plocensem pertinet —

Nos frater Thomas de Cliechtheuhayn provincialis terræ Culmensis, tenore præsentium recognoscimus, et ad omnium notitiam pervenire volumus et catendi, quòd discretus et religiosus frater Ioannes dictus Sasso commendator de Engilsberg, coram nobis magistro generali et fratribus, cũ senioribus terræ probabiliter demonstravit, quòd lacus qui est situs apud villam Orzechowe, de iure debet ad venerabilem in Christo patrem ac dominum Plocensis ecclesiæ episcopum, et suum capitulum, in perpetuum pertinere, et episcopatui iam dictæ ecclesiæ perpetualiter subservire. Unde nolumus, quòd sæpedicti dominus episcopus et sui canonici, in lacu prælibato, ab aliquo deinceps impediantur. Et ne super eo alicui dubium oriatur, et in certitudinem huiusmodi firmiorem, sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum anno Domini 1312. quarto Kalendas Augusti —